

ANIMORUM

19

IN EUROPA ET

VICINA ASIA

MOTUS

De Suecici belli motu

In Polonia.

*Auct. Johanne Bischoffmanno, Regis Galliarum Legato
Argentorati quondam Residente.*



*Alio Editione, partem auctorem
hujus scripti adjuvat in Collectaneis
Polono-Suecicis P. I. p. 33. P. II. n. 17. P. III.*

GRYPHISWALDIA

ANNO

CIC IOC LVI

19.

CONSPECTVS RERVM.

1. Regis Sueciæ stirps & ampla potentia.
2. Reginæ Christiæ conjectata mens de deposito regno.
3. Regis Poloniæ stirps & magna calamitas.
4. Eiusdem cum Patre comparatum factum & fatum.
5. Causæ belli veteres, novæ.
6. Argumentum & modus motuum referendorum.
7. Generales animorum motus.
8. Peculiaris Poloniæ affectus.
9. Electoris Brandenburgici, Prussiæ Ducis.
10. Civitatum Balthicarum.
11. Ordinum Belgiæ federatorum.
12. Daniæ & Holsatiæ.
13. Circulorum Inferiorum.
14. Saxonie Electoris.
15. Instrumenti Pacis.
16. Imperatoris Austriæ Archiducis.
17. Imperii Romano Germanici.
18. Bavarie Ducis.
19. Electoralis Domus Palatine.
20. Ducis Neoburgie & Juliacensis.
21. Reliquorum in Imperio Principum.
22. Electoralis Collegii.
23. Civitatum Imperialium.
24. Helvetiæ.
25. Italia, in primis Romæ.
26. Jesuitarum Generalis.
27. Gallicæ Regis.
28. Regis Hispaniæ.
29. Regis Lusitaniæ.
30. Angliæ.
31. Transsylvaniæ Principis.
32. Magni Turci.
33. Magni Tatari.
34. Magni Mosci.
35. Afflictorum Regum, Angli, Poloni.
36. Sueciæ regni.
37. Sueciæ Regis.
38. Ducum Exercitus.
39. Inscriptoris.

E 16
336

96



I.

Univerſa

Vario Animorum habitu

Europa & vicina Aſia

Spectacula ſpectat Fortunæ,
 Arridentis ſirmiſ & illudentis Regibus;
 Quorum primus ac præcipuus,
 Qui in arenam deſcendit,
 Eſt

Palatinis Rheni editus Comitibus,
 Baviaræ ad Danubium Ducibus,
 Ludovico V. Imperatore, Rudolpho Palatinorum Genitore
 Primis Majoribus:

Tritavo Ludovico Nigro, filio filii Stephani
 A Ruperto III. Imp. & Electore geniti ultimo,
 Stirpium

Simerinæ & Bipontinæ, propagatoris.

Atavo Alexandro Bipontino,

Abavo Ludovico Neoburgico,

Proavo Wolfgagno,

Avo Joanne

Patre Joanne Caſimiro.

} Bipontinis.

INCLYTUS, FELIX, AC SERENISSIMUS,
 CAROLUS GUSTAVUS,
 GUSTAVI ADOLPHI

SUECIE QUONDAM REGIS MAGNI,
 FORTISSIMUS EX SORORE NEPOS,
 HÆREDITARIUS SUECIE,

ET IPSE REX INSPERATO MODO FACTUS,
 NUNC BELLI IN POLONIA VICTOR.

Par dicti Ruperti III. Imp. nepoti,
Joannis Neoburgici Ducis filio,

CHRISTOPHORO PALATINO,

Suecia, Dania, Norwegia olim Regi,
Regibus ante SE

Florentior, augustior, potentior,
Regnorum, Ducatum, Urbium, portuum,
Baltici litoris, exercitus, federum
Amplitudine.

II.

Annè **IDEM,**

Tot celebratâ viri Reginâ Christinâ,

Prudentior?

Sic visum est.

Quia hic suscepit, quod illa liberaliter deposuit,
Regnum.

Nisi illa in hoc

Sexus sui ingenium regnandi avidum

Egressa sit, aut supergressa:

Nisi voluerit

Hac in plagâ de folio descendere,

Utin aliâ ad altius possit surgere.

Nisi maluerit.

Quàm dare in dotem, relinquere sceptrum,

Planè non regere, quàm regi,

Præterquàm si cui possit imperare,

Mere Lybiffæ Bohemorum Regina.

Nisi metuerit,

Ne ultima primis cederent.

Nisi constituerit.

Mirum in orbe ludum agere.

Nisi placuerit,

Exemplo Vandæ Polonorum Regina,

Post tot victorias se Diis devovere,

Tibure, ut illa Vistulâ, mergi.

Nisi potius

Illustres imitata sit viros

Diocletianum, Anastasium II. Theodosium III.

Comnenum, Botoniaten, Cantacuzanum,

Lotharium, Carolum v. Imperatorem,
 Qui, Imperio abdicato, reliquum vitæ,
 Vel hortorum culturâ, vel lanciniâ monasticâ
 Oblectarunt;

Vitæ principium demum habuisse visi,
 Magnis regni molestiis exsoluti.

Sed quis est tam lynceus, qui facti intima introspicere queat
 Quidquid sit;

In solitus actus: cessit in regni commodum,
 Christiani Orbis incrementum,
 CAROLI GUSTAVI statum regium:

Propè est, ut exclamem tanti fuisse,
 Quò illæ:

Salutis publicæ gubernaculis admo veretur!!
 III.

Alter est:

Suecicis ortus Regibus:
 Proavo Gustavo.

Ex antiqua Regum profapia nato,
 Regni antealiberi,
 Expulsis Danis,
 Quasi hæreditarij,
 Primo assertore,
 Avo Joanne:

Ejusdem successore:
 Fratre Erico in vinculis mortuo,
 Patre Sigismundo,

Electo è Suecia Poloniæ,
 Post vna Sueciæ in Polonia Rege,
 Pàctitio, mox patriæ prægravi,
 Hoste patruî Caroli proregis acerimo,
 Victo, è Suecia profugo, revocato, non reverso
 Perito, nec misso filio,

Tandem

Violatâ Sudercopiensi constitutione,
 Pro indigno habito,
 Sueciæ Regibus Hæreditariis,

CAROLO, GUSTAVO ADOLPHO,

Inimico capitali ac perpetuo,
CALAMITOSUS, MISER, AC INFELICISSIMVS
JOANNES CASIMIRVS,
VLADISLAI REGIS FRATER CONSANGUINEVS
A FRATRIS EXCESSU,
ET IPSE POLONIÆ REX FACTUS,

Nunc eodem regno defectus,
 Inaudito unius expeditionis Suevicæ miraculo
 Victus

Dispar Gallo Poloniæ Regi Heinrico;
 Ille Poloniã, hunc Polonia deseruit;
 Ille volens & clam, hic nolens ac palam,
 Regno excessit suo.

IV.

Anné Patris factum secutus filius, Patris fatum expertus est;
 Ille

Altero ductâ matrimonio vxore, Prioris sorore germanâ,
 Unus duas

Ex familia Austriacâ sorores conjuges habuit
 Hic

Fratris viduâ è domo Nemuranâ
 Connubio retentâ;

Legem judaicam Christiano intulit Orbi,
 Una duos

Ut fratres consanguineos fœmina haberet.
 Sed

Lex alia solio est, alia privato toro;

Hoc fortè Principes privilegium habent
 Ex status ratione, hoc est, legum contraitione:

Quâ quondam

Claudius Imp. ex fratre neptem vxorem duxit;

Et autoritate Julii. II.

Arturus & Heinricus VIII. Angliæ Regis filii,

Duo germani vnam Catharinam

Diverfo & calido matrimonio

Tenuerunt.

Ille

Ille olim Rex
 Suecico infidus, Polonico regno infaustus
 Suecicum nunquam recuperavit, Polonicum fatigavit;
 Utrumque bello, cæde, sanguine sædavit.

Hic nuper
 Cum Moscis Smolenscensibus, Cossacis infelici bello,
 Bellique peditis, clade, peste, fame,
 Nunc conflictatus cum Suecis,
 Titulum regni Suecici, possessionem Polonici,
 In præsens amissionis periculum
 præcipitavit.

Veteres belli utrinque acriter gesti causas.
 Ex Sigismundi ortas repudio,

Regnoque
 A Proceribus hæreditario jure,

Translato,
 Ad Carolum patrum, Ejusque posteros utriusque lineæ,
 Agnatice, cognaticæ;

Ex parte Suecorum hætenus justificat, & secundat

Regum supremus omnium arbiter DEVS.

Quem penes est,

Justificas inter belli causas,

Actus etiam morales referre,

Huic regnum in pœnam auferre,

Alteri in navata opera pretium conferre,

Et per quem vult ministrum, Sua judicia exequi.

At verò

Rex in Regem,

Subditus in Dominum,

Populus in populum.

Eodem jure indistincte non utitur.

Quia

Actus morales ad dominium non requiruntur,

Quia

Difficilem semper ac periculosam habent,

De regibus præsertim institutam,

Disceptationem.

De aliorum pactorum fide læsâ, illa sævè,

De novis belli causis, earumque jure,

Offen-

Offensionis ac defensionis,

Æqualitate aut inæqualitate,

Hactenus

Nemo pronunciauit arbiter publicus;

Nec privatus de re controversâ

Sibi sumat iudicium,

Sed sequatur possessionem.

Ferè enim

— — Quis iustior induat arma,

Scire nefas; magno se iudice quisque tuetur.

Intorim

Melior est conditio possidentis,

Tota, vincentis.

VI.

Verùm nunc jam refert referre,

Qui sint animorum

In Europa, & vicina Asia,

Motus

De belli Polonici victoriâ,

Rex in clype, Tuâ.

Placet percurrere affectus Nationum,

Amores in te & odia populorum,

Spes, metus, fines, errores,

Gaudia, commoda, vota, consilia,

Regum, Principum, civitatum.

Et sic bellanti Tibi exhibere fabulam,

Quam Tu ipse fecisti.

Nullò quidem ordine, pro belli cursu, viciniorum nexu,

Cujusque tamen prærogativâ, iudicio, salvus.

Nulla assentandi libidine, nullo adversus dominantes odio,

Eâdem scribendi libertate, quâ quisque sentiendi usus;

Nam partes ago secundas, post factum, post famam,

Quæ ante me loquuntur.

Multa paucis dicam, & cum modestiâ;

Memor illius moniti,

De Principibus parum, & reverenter loquendum.

VII.

Universim non idem de Te est omnium sensus.

Gaudent totum omnes boni Succiciti;

Sequio-

Sequiores dolent, vincente virtute.

Plures

Charissimis membris, auribus, oculis,

Malunt carere,

Quam gesta audire tua arma videre,

Ne tuæ crescenti potentia invideant.

VIII.

Singillatim verò sensum quisque suum habet.

Polonia primum;

Primum illa brachii tui pondus sensit.

Cujus præcipua pars, Nobilitas,

Si damnum datum aspicit, damnat authorem,

Regem suum.

Litem Regis, non regni, esse clamat,

Cladem verò communem omnium esse.

Tamen.

Postquam toto regno pertæsum Regis,

In tantum Te Germanum Principem diligit,

In quantum alter ille ipsi in visus est.

Sentit enim, nec frustra,

Te Rege, & ut vult, quasi fratre suo,

Se, velut IGNEM in regno, clarius effulsuram,

Lite exacti illius, & in posterum privati, extinctâ;

Succos Polonosque reliquos,

Illâ hæcenus lite, non bile ingenitâ, sibi contrarios,

Nunc animis, armis, regnis, fortunis uniendos,

Vicinis omnibus, ac tantum non orbis terrarum,

Terrori fore.

Diversum sensum habent

Romanæ in Polonia Colonia,

Sacri ordines,

Hi, AQUÆ similes,

Suis volunt in vndis omnes fluctuent,

Te à sacris suis alienum, alienum à regno volunt,

Omnia contra te machinaturi,

Dolo, dolone:

Flectere si nequeunt superos Acheronta movebunt.

Sed Suaviter Tibi spirans Polonicus AER,

Nobilis Senatorum Ordo, ipsis hoc velle inspirabit,

*parall. Bolo hodo
No. 1700 incepto.*

Et posse regnum
 Tot jam religionum opinionibus implicatum,
 Te caput habere, aut ferre;
 Suâ vicissim cuique religione relicta;
 Certâ sub fide tamen;
 Quâruptâ, jure belli cum iis agendum.

Interim
 Summopere Tibi a Pseudoprophetis cavendum.

Ceterâ plebi Polonica
 Non amor, non odium, non iudicium,
 Ipsaque Regum mutatio nominalis est.
 A quo regatur, cureturve, non curat ipsa,
 TERRÆ similis, onere Procerum gravata.

IX.

In Electore Brandenburgico, Prussia Duce,
 Quem proximum labefacere videbaris,
 Prudens cunctatio affectus erat.
 Non præceps ruit in partes:
 Noluit alterutrum Regem, socios, se, laedere;
 Inter sacrum interim & saxum difficulter stabat:
 Falsò inter validos & impotentes quiescebat.

Quid ergo animi? quid remedi?
 Affectus cogi nescius, cogi debuit,
 Cogi porrò non potuit, nisi quodam necessitatis telo.
 Itaque quasi

Vincendus erat cunctator Amicus & Hostis:
 Poloniae feudatarius, Bata via federatus,
 Utrinque indefensus, solus viribus impar.
 Semper excusatus, & excusandus.
 Quem fortè nec pœnitet esse coactum,

Quis enim non malit
 Præsentium amicus, quàm absentium socius,
 Victoris Regis, quàm Exulis, esse Vasallus.
 Quamquam grave,

Regem gemino potentem regno,
 Non semel, sed bis, vicinum,
 Pomœraniam modò, nec Prussia quoque,
 Portuitorumque consortem

Habere

Habere.

Habendum cum molestiâ, habendum cum comitate.

X.

Sociâ Baltici litoris, & reliquæ Anseatica,

Nisi diffitæ, civitates valde validæ.

Duplici in Te sunt animo.

= Amoris & reverentiæ, merus & diffidentia.

Metum cum diffidentia præmunt,

Amorem per reverentiam præmunt.

Ita consulente status ratione.

Quid?

Si victor Suecus tam vicinus, tam potens, tam felix,

Communis omnium maris usum proximis intercludat?

Suis ut id solum regni subditis aperiat?

Quis ubique damna emergentia, lucra cessantia,

Computabit?

Quid?

Si, quibus olim Ericus, durissimis id conditionibus,

Permittat?

Ut Baltica ista, & alia, singulis in urbibus,

Regi concedant

Domum propriam, portam urbis apertam,

Potestatem conscribendi militem

Contra quoscunque

Libertatem commerciorum Suecis mercatoribus.

Pecuniam mutuò dent, quando, & quantam velit?

Merces bello usi futuras in utrumque regnum,

Quocunque tempore, importent.

Russicam Narvæ navigationem

Prorsus intermittant.

Eosdem secum amicos inimicos habeant.

Intoleranda hæc

Intus & secreto loquantur, metuunt;

Gedanum pœnitentit.

Contra palam profitentur

Per primariam Lubecam lubentiam omnium,

Quâ

Quâ tuas audierint victorias,
Et audituri sinr alias,

Quâ

Suecicam Majestatem comiter semper coluerint,
Colant & colituri sint.

Quantum sibi restet sanguinis pro Suecia regibus,
Olim profusi, nun e profundendi:

Quantum servitii,

Quondam Gustavo,

Modò Gustavo Adolpho,

Exhibiti

Nunc Carolo Gustavo

Exhibendi

Quâm semper fuerit regno Suecico utilior

Anseatica Amicitia inimicitia,

Nunc vero futura sit vtilissima,

Suâ tamen, & commerciorum libertate, sociorum fide.

Salvis.

Quam libertatem suis sumtibus, ac sanguine partam,

Priores Sueciae reges illibaram servarunt,

Præfens Sueciae Rex, Poloniae ac Prussiae victor,

Servare velit.

XI.

Gravior animorum consternatio in Hollandia est.

Cui

Tua illinc parentia formidolosior est,

Omnibus Hispaniarum & Indiarum opibus.

Hujus Legati Hamburgi conveniunt,

Fortè

Danum, & quos possunt, alios,

Pro liberando Gedano, annona pignore.

Sollicitatur,

Dolent,

Præpotentes hætenus federati Belgii ordines,

Ordine procedendi tuo, suum interverti ordinem.

Feliciter firmatum, usurpatum,

A Rheno, Amisiam Visurgim versus & Albim

Per Balticas oras,

Ad posteriorem Livoniae sinum vsque

Inde

Inde sibi aucta

Civitatum federa, populorum amicitias,

Lucra, opes, vires,

Vicinis contra principibus injectos metus,

Tuâ nunc discati fortitudine.

Suam Rem publicam, in vitis ventis & fluctibus,

In medio mari natam, velut exclusa Halcyonis ova,

Nunc ea maris commoditate intercludi,

Vnde pullis suis necessaria veniunt subsidia.

Hanc,

Baltico mari, altero veluti brachio defectam

Frumento Polonico-Gedaneo destitutam

Hostibus objici mutilam, famelicam, imbellem,

Præterea

Has mente præcipiunt vicissitudines;

Ut olim

Ex Flandriâ & Brabantia in Bataviam,

Antverpiâ Amstelodamum

Ita nunc

Ex Batavia in Sueciam, Prussiam,

Amstelodamo-Calmariam

Gedano-Elbingam

Commercia migratura,

Tuum incrementum, suum fore decrementum,

Tuorum divitias, suorum mantricam:

Suecorum potentiam, Batavorum infirmitatem,

Tandem

Planè de se actum fore,

Altero quoque, quod fieri potest, brachio,

Mari Indico abrupto.

Hinc mercatores, & navicularii,

Qui minus boni sunt, Te votis relinquunt,

Quæ non palam suscipiuntur.

Qui boni videri volunt, optant tibi

Dominium inter cælites ne tu mercaturæ dominos reddas famulos;

Sedem inter superos, ne tu fretum Danicum superes.

Æternam quietem, ne tu eorum res inquietes.

Vitam beatam, ne tu ipsos miseros facias.

Denique

Pro vniverſa Polonia polum cœleſtem.

Ne

A Te totâ maris Baltici utrinque orâ

Occupatâ, clauſâ,

Ipli

Arctoum verſus Polum,

Ultra latitudinis LXXVII. veſti

Ad longitudinis LXXVIII. gradum reflexi,

Longinquâ ad Narvam & Moſcos navigatione.

Commercia & commoda ſua habeant querenda.

Hi Belgicâ de gente ſimplices ſunt,

Scapham ſcapham vocant,

Suam Hollandiam miſeram,

Perditâ jam Dunkerchâ,

Galliæ, Angliæ, ſibi, exitio ſam,

Ex quo cum Hiſpano pacta eſt.

Miſeriores, exitioſiores futuram,

Niſi,

Ruptâ mox cum Hiſpano amicitia,

Cum Sueco, Dano, Anglo, paciscatur.

Hem!

Interdum & vulgus rectum videt.

Certè jam pacta, aut jam pactura eſt.

Quæ Regi rege de infante congratulatum Ivit.

XII.

Dania &
Holſtatiæ

Dania Nobilium animarum origo, Holſatia ſedes,

Communes in pari cauſâ ſpiritus,

Nunc verò,

Holſatia mitiores & amiciores,

Dania æmula altiores gerit.

Tuis velut interrita,

Suis exultat fortiter quomdam geſtis:

Sconiâ armis occupatâ;

Hiberniâ oſtes, decies Angliâ, debellatis.

Vicibus

Ruſſiâ octo, Saxoniâ quindecim,

Sclaviâ quatuor ſupra viginti

Vestigalibus sibi factis.

Sibi cessis

Livoniâ, Curlandiâ, Æstonia, Prussîâ, Poloniâ.

Præliis duobus & triginta

Norwegiâ, duodeviginti Sueciâ

Attritis, subiectis.

Eademque Sueciâ Regibus Danicis obnoxia,

A Magno Erici filio,

Ad obsidem vsque Gustavum Daniâ profugum.

Quod Tu nunc es, inquit, fuisse se,

Fore alios, quod Tu fueris.

Habere conditionem regnorum has vices.

Difficilius provincias retineri, quàm parari.

Se etiamnum;

Omnes inter Europæas nationes,

Solo freto suo esse gloriosissimam,

Maris Germanici, Baltici Dominam,

Quæ clâvem habet,

Claudit, & nemo aperit; aperit, & nemo claudit.

Habere Tuos suo beneficio omnes;

Quidquid

Vini, piperis, sachari, panni, serici, pecuniæ,

Habent:

Habere eodem alios;

Quidquid

Frumenti, ceræ, mellis, pellis habent.

Hæc cita quidem palam magniloqua Dania.

Sed penitus, & ut nunc est, inspecta;

Spem vultu simulat, premit alto corde dolorem,

Pertæsa præsentium, pavida futurorum.

Se.

Bello in Germaniâ in feliciter gesto,

Sua non auxisse, tantum non perdidisse,

Fusam in nupero cum Torstenonio conflictu,

Huc vsque inermem sedisse,

Interim,

Priscâ suorum Regum potentia

In Sueciâ Regem cedente.

Te

Bello ibidem pace finito,

Multis auctum ditionibus,

In Poloniam venisse, vidisse, vicisse,

Regressum inde tentasse, occupasse Prussiam,

Fortè nunc cogitare vicinam Daniam,

Olim in Sueciam immane quantum immanem,

Cui,

Ubi occasio erit, causa armato non deerit,

Lites

Jam olim transactione sopitas resuscitandi,

Amicitiam

Daniam cum Batavis obtendendi,

Fidem

Danicam Punicam ulciscendi,

Quà superiori bello, alterius quidem instinctu,

Poloni contra Succos acciti sunt,

Non excitati tamen,

Præterea videri

Insignia trium coronarum,

Utrinque hætenus usurpata,

Nunc illinc albâ Aquilâ infessa,

Et custodita,

Sueciæ prærogativam, ac securitatem,

Ominari,

Danicæ, Danicoque freto,

Contraria omina

Minari

Quod si id victor Suecus redemptum velit,

oblatis,

Quàm olim ab Hispano, quàm nunc à Batavo,

Majori lucro, commodo, amicitia?

Sive, hoc negato,

Id redditum eat inutile redemptori, Regi?

Illâc prætervectorum

Puppibus suo in mari retentandis,

Vel mercibus illis aliundè, ut fama est,

Importandis, exportandis.

Sive

Extorquebit?
 Nec magnis etiam dissimulatam Principibus,
 Sic populus orbis imperio dignus,
 Annibale ante portas,
 Compulsus ad ultimos metus.
 Sic Patruus major Carolus. V.
 Viso Venetorum equitatu,
 Trepidavit,
 Romam expilatam,
 Lugubri mœrui veste,
 Incorrupto Constantiæ Symbolo,
 Semper Idem.
 ô Animi Magnanimi,

A

Danubio, Rheno, Mœno, Oeno, Pado, Tibure,
 (Sequana sequaturne?)
 Totis acciti viribus,
 Periclitanti Poloniæ,
 Cujus fortuna cum Austria, cum imperio, conjuncta est,
 Et arto Hispano
 Subvenite.
 Confinia status alieni, status proprii muros,
 Armis intentius junctis custodite.

XVII.

Divisum

In multa Principum capita
 Romano-Germanicum Imperium,
 De me, inquit, quid de me,
 Domo meâ hoc discrimine nutante,
 Sueci potentiâ crescente,

Futurum est?

Sanè

In bellum pro Polonia non eo;
 Quid illa ad me à me avulsa?
 Patientiâ meâ sui juris titulum nacta?
 Alienam non curo; nec alieni regni religionem;
 Quæ domi meæ curam semper dissidentem habet.
 Eam Papa curet, cui inde obveniunt commoda.

10.
 Rom.
 Germ.
 Imperii.

Regem regno ineptum, ordinibus gravem,

Non faciam aptum aut levem,

Meo periculo,

Nec ingeram

Invito liberi regni populo.

Regno digressum,

Gaudet Polonia Sueco victore,

Cur Ego doleam?

Imò cur deleam,

Quæ illa agnoscit beneficia Suecicæ:

Dimotum minus regium Regem;

Ejusdem adversus hos iniquitatem

Adversus alios nimiam indulgentiam.

Castigatam.

Moscorum inhumanitatem,

Cossacorum latrocinia,

Cohibita:

Quid est in Suecicis armis, quod me læcessat?

Cur ipsum prius læcessam non læcessitum?

Cur me rursus belli sedem faciam?

Ubique patulum, exhaustum, imbelle?

Cui non minus ac Poloniæ fatale,

Sua clade bellum experiri,

Partis abscessu redimere pacem,

Tandem aliquandò Totius.

Ego

Austriæ sustentaculis supra decem tribus,

Validis velut humeris,

Annos ccc lxxx

Sedi.

Lege Imperiisæpè invalidâ, repidâ, trepidâ

Pleno semper concupitum jure, nondum planè habitum

Pleno, ut hæctenus visum est, habendum

Civitatibus Anseaticis Baltici litoris

In Imperatoris potestatem redactis,

Quod olim

Carolus ejus nomenclaturæ Quintus,

Per Henricum Brunsvicum,

Aliud quasi agentem,

Cœpit, suscepit, non cepit
 Ferdinandus II. ejus ex fratre nepos

Per Wallensteinium, legatum suum,

Speravit perentavit, non consummavit:

Ferdinandus III. bello graviore hic implexus,

Non continuavit, nec attrectavit, desperavit.

Hoc nunc

Carolus Gustavus Sueciae Rex,

Tantum non obtinuit,

Suas in partes

Partim jam tractis, partim facile trahendis,

Illis ipsis civitatibus.

Quo Austriaci modo

Voluerunt, necdum potuerunt,

Fortè Hic me potest habere,

Nisi malit,

Quod melius imperium est,

Regibus potiùs ac Principibus,

Quam

Servis ac mancipiis

Imperare,

Hoc ergo, hoc

Super Domo meâ labante, Sueco surgente,

De me nunc forte futurum est.

XVIII.

Scilicet hoc passurus est

ElectoŒr Bavarie Dux,

Pharamondanâ stirpe,

Paternis victoriis,

AmicitiiŒs Principalibus,

Patriocinio Mariano,

Clientelâ Romanâ,

Gloriosissimus Potentissimus, Splendidissimus,

Tutissimus, felicissimus

Inclytæ cujus domui,

Aquila clauŒtris Austriacis quamprimum emissa,

Jam olim destinata fuit,

A

D

S

II.
 Electoris
 Bavarie.

Delect-

Sanctæ sedis Præside,
 Magno Galliarum Rege,
 Præcipuis Italiæ principibus,
 Plurimis bonis Catholicis,
 Austriacorum potentia nimis diuturna;

Aut pavidis, aut pertæsis, aut æmulis;

Ne Suecus mihi hanc erepturus sit,

Hic, inquit, hic;

Apprehenso gladii capulo,

Impediet,

Hic Tibi Victori,

Certamen Virtutis,

Ambitionem gloria;

Felicium Principum affectus;

Ostenfurus est.

Hic

Parvum comitatis signum;

Comiti Schlippenbachio per illustri legato tuo dedit,

Quos inter vix usurpata est consalutatio.

Hic

Jus privum Tibi expertuto Tuum

Legibus, infinitum calculum;

Armis, arma,

bellum bello opponet,

Paternâ fortunâ ac fortitudine,

Vicinorum tributis, ac oneribus,

Gerendum.

(Quasi verò

Vicini nunc, ut quondam, sint prorsus ijdem;

Idem quoque sit, duo quod faciunt;

Irrequisitâ ad actum propriâ personæ industriâ.)

Verum, cui non ignarum,

Plus esse utilitatis in Amicitia,

Quam in incerto belli eventu,

Hinc

Amicitia æmulationem supergressâ,

Rarò quidem inter impotentes exemplo;

Alium fortè induct affectum,

Infelici Polono, nutante Austriaco,

Desertis,

Felicem secuturus Tuam potentiam,
Tuâ simul ope scilicet, affecuturus imperium,

Divisum aut indivisum;

Quod tam tarde tradere, quàm obtinere
Tibi expeditum, gloriosum; utile.

Quippè

Rex major maximis
Regna superstat, qui regnare jubet.

Hac quoque ratione

Domus Austriaca & Bavarica,
Ad eosdem hactenus fines directâ,

A se invicem avellentur,

Odiis se mutuis hostilibus

Inferenturæ:

Contra

Animis, armis, studiis, confociatis,

Sueci ac Bavari,

Adversus quoscunque constituri:

Bavarus præterea,

In redhostimentum accipiundi ea conditione Imperii;

Priori Domino Consanguineo suo,

Superiorem omnem Palatinatum,

Electoralement Imperiali minorem dignitatem,

Restitutus est;

Exemplo Sigismundi Hungari,

Accepto Imperio, Electoratum Brandenburgico,

Norimbergæ Burggravio,

Offerentis.

XIX.

Serenissima Domus Electoralis Palatina

Simerina, Bipontina, & cætera,

Magnis Imperatoribus, Regibus, Principibus,

Inclytâ,

Tot impacta adversis, inflicta, afflicta,

Tota bello perditâ, vix dimidia pacto reddita,

Post tam atroces tempestates,

Nunc tandem

Serenum in Te jubar Regium,

D 3

CAROLE

12.
Electoralis
Domus Pa-
latina.

CAROLE GUSTAVE,

Rursum contemplatur, veneratur, admiratur

Sibi suæque posteritati,

De tanto Consanguineo,

Felici victore

Potentissimo Rege,

Et unâ

De suo Carolo Ludovico,

Electorum prudentissimo.

Principum Vigilantissimo.

Gratulatur, lætatur, arbitratur,

Nunc à Te, & illo

Deo Comite

Omnem Palatinam restitui rem

Exultat Patria, Gaudent omnes,

Vos parvuli noscere,

Ostentare juvenes,

Mirari Senes,

Agri quoque, neglecto medentium imperio,

Ad adventum conspectumque vestrum prorepere:

In vobis, salus, in vobis vita, ut vivere delectet;

Nulla ætas in Palatinatu est,

Quæ vestræ incolumitati non metuit,

Nulla, quæ non ad templa festinat,

Vorita nuncupatis,

Ut illo sibi metu perpetuò frui liceat,

XX.

Metui contrà imminente eximi,

Alioquin constans adversus metus,

præoptat

Celsissimus Dux Neoburgicus,

Nullò pudore impeditus,

Iustâ de causa iustus,

Dolet alienas,

Miseri Affinis Regis vices,

Si Tu in Polonia victor subsistis,

Timet proprias,

Sis federatus Brandenburgicus,

Vel Tu ipse

Illinc

13.
Neobur-
gici.

Illinc in Iulia censum agros moves;
 Velut magna illius disceptationis armatus arbiter
 Omnia vel ad æqualitatem reducta,
 Suis quæque Dominis restitutus
 Omnia vel per averfionem avocata.

Te inter & Brandenburgicum,

Dispertiturus.

Hoc grande bellum

Saxo, Neoburgicus, Hispanus, Baravus,

Moguntinus, Trevirensis, Colonienfis,

Principes, Civitates, vicini omnes,

Metuunt.

Ipsi agri Juliaceses.

Calamitatem recordati præteritam,

Jam repræsentant futuram,

Non suam solum, sed vicinorum omnium.

Non hoc unius loci, sed totius penè Europa,

In partes reditura;

In clades ritura;

Bellum futurum.

Tot populorum Signis,

Sub Rheno, Rora, Mosâ,

Concurfuris.

Confermati inde Provinciarum ordines,

Se subindè interrogant,

Qui fuerint, qui sint, qui futuri sint:

Et cujus futurum sit demum

Hoc infelix Ducatum participium;

Funeftum Europæi belli theatrum.

Matrimoniale litigium,

Dominium vxorium,

Patrimonium maternum,

Fortunæ Peculium,

Clientelare prædiam,

Batavicum præsidium,

Austriacum Sequestrum,

Imperiale Feudum,

Herma phroditicum, anomalum,

Vnius, omnis, dubii generis,

Non

32

Non ab uno, sed uno uxorum titulo,
 Ab octo expetitur prociis
 Totum à Saxone, Brandenburgico, Neoburgico;
 Ejus dodrans
 A Bipontino, Carolo Austriaco Burgoviæ Marchione.
 Dos in eo certa à Nassoviis.
 Clivia à Niverniensium Duce,
 Marchia à Comite Mauleurio.
 Tot inter armatas vindicias,
 Quisnam Ordinum ordo,
 Quæ Provinciæ facies?
 Quod partium certamen?
 Regis Sueciæ è domo Bipontinâ Principis,
 Brandenburgici, Galli, Palatini Angli, Nassovii,
 Aliorumque ejusdem fidei Principum,
 Belli sociorum,
 Ex unâ;
 Interveniunt vero Batavorum
 Vesaliam, Refam, Emericam præsidio tenentium.
 Ex altera denique parte,
 Hispanorum, Austriæ Archiducum, Ducum Baviaræ,
 Prælatorum Electorum, Principis Darmstadiensis,
 Cæterorumq; Imperatori, Saxoni, Neoburgico faventium.

Fere

Non aliud discordantis Juliaci remedium est,
 Quàm si uni reddatur,
 Quàm si ab uno regatur.
 Nihilque ordinibus utilius,
 Quàm unum esse, cui serviant;
 Eccui, quàm Victori?

XXI.

Plerique Germaniæ Principes,
 Præcipuè non propriis validi viribus,
 Ut limite & finibus, ita animis variis,
 Consilia, amicitias, hinc inde transferunt.
 Prout conducit.

Horum quondam fortuna & affectus,
 Vel ab Austriaco, & Hispano, vel à Gallo,
 Nunc verò etiam à Sueco est.

14.
 Reliquo-
 rum Ger-
 mania
 Principū.

Prin-

Principes Romanæ sectæ sacri ac profani,
 Quamdiu possunt, sunt Hispani.
 Te velut Gothum, quem sciunt Germanum,
 Timent;

Qui verò Te timere desierunt,
 Odisse incipiunt.

Sunt, qui vel asperius de Te sentiunt;
 Multâ cum invidiâ Te regni-Cupitorem,
 Vel peiori nomine nominant.

Quidam cuiusdam regionis jacturâ,
 Jacturam viræ Tuæ emergent,
 Ne Tu

Plures regiones ac provincias faceres,
 Regnum Polonicum Suecicum redderes,
 Sacros ordines in ordinem cogeres.

Reliqui alterius, vel Tuæ fidei Principes,
 Saxonici, Brandenburgici, Palatini,

Primò primariæ quisque suæ domus affectum habet,
 Post

Quò se belli fortuna, eò favor omnium inclinat.

Principes Anhaltini,

Animorum suorum judicicia,

Quibus Domum erga Tuam sint,

Superiori bello detexerunt.

Nec dum recondiderunt,

Lauenburgenses, Brunsvico-Luneburgenses, Megapolitani;
 Suum erga Te arbitrium

Intra Circuli inferioris fortunam, & seculum communem,
 Retinent.

Superfunt tria Principum genera,

Tria Principibus pectora digna viris,

Quorum in Te affectus, superat omnium affectus,

Wirtenbergici, Hasslo-Castellani, Badc-Durlacensis,

Sinceri, Heroici, Constantis;

Hi Tui, ac iidem in utrâque fortunâ.

Tuâ læti victoriâ, ac prolatandæ prou,

Tuam in Te fortunam

Et Te in tuâ fortunâ

Secuturi.

Regium imperii membrum, Imperatoris amicum.

Serenissimum Electorale collegium,

In exterorum conatus, in civium dissensiones obversum,
In afflicti imperialis membri subsidium datum,
Tuus conatus parumper obstupescit;
Adversa Brandenburgici fortuna parum excitavit.
Suz quemque infirmitatis ratio,
Aut illa trivialis excusavit distinctio,
Prussia Ducem, non Electorem,
Regni Polonici, non imperii membrum.

Fuisse laceffitum

A' Polonico, non Romano Senatu juvandum.
Coloniensem in propiori causâ nuper desertum.

Consultatum tamen est,

De ope Regi Polonia ferendâ, de religione defendendâ,

Cæsare

Moguntino, Treviro, Colonienfi,
Saxone, Bavaro, Palatino,
Multum inter se dissidentibus.

Tandem neutrum placuit,

Ex sententiâ Romano-Germanici Imperii,

His, aliisque rationibus.

Auxilia non à regni Polonici ordinibus

Sed à Rege ordinibus in viso,

Paucisque aliis fortuna ferè privata,

Fuisse petita:

Neutros posse

Imperio de belli expensis idoneè cavere,

Nec Imperium easdem commodè facere:

Hujus auxilia plerumque esse tarda,

Fortè Rege jam debellato, ventura,

Legibus quoque Imperii non convenire,

Contra Suecum imperii membrum

Juvare ab eodem alienum,

Nec Prudentia,

Lacessere potentiozem,

Aut fodere crabrones,

Nis

Alia

Regiam imperii membrum, Imperio is amicum.

Nisi facie bene velatâ,

Debere quemlibet

Securitati antequam vindictâ,

Consulere;

Cæsarem, Saxonem, Bayarum,

Hinc ad Albim & Danubium;

Moguntinum, Trevirum, Coloniensem,

Hinc ad Mœnum & Rhenum.

Ne quid regio & religio detrimenti,

Quod in alieno regno nuncaverti nequit.

In imperio patiatur.

XXIII.

Reperies

In civitatibus imperii Romano-Germanici,

Diversos ut gestus & vestes, ita de Te affectus.

In mixtis purissimos

Summi vel in te amoris, vel odii,

Lætitiæ, vel tristitiæ,

Quocunque gestorum tuorum nuncio allato.

In liberis liberos, & pro fortuna flexa flexos.

In potentioribus tardos, sed securos, & utiles;

In Mercurialibus nullos, nisi & ipsis lucrosos.

In nullâ animi affectionem ad bellum,

Vel Polonicum, vel imperiale,

Ut principum discordia ministrorum exitio,

Ita eorundem bella civitatum oculis & nummis,

Expiantur.

Civitates in bello sunt dantes,

Principes accipientes.

Colonia fida Romanis, media Juliæensibus,

Iniquior Sueco-Brandenburgicis,

Cætera,

Anseaticarum sensum habet.

Aquilgranam non tam fumar aquis,

Quàm calidis mox armis,

Proximi Juliæi.

Moguntia ejusdem labem horret habere gravem,

Wormatia, Spira, vix respirarunt a bello,

16.
Civitat.
imperial.

Aliud ex vicinia jam reformidant.
Civile Argentoratum, ante orat argentum,
Quam ulli promittit affectum;
Sive ex ingenio sui sexus feminei,
Sive moroso mercatorum more,
Qui nec pecunias, nec affectum,
Gratis cuiquam exponunt,
Sive potius ex necessario utriusque junctim usu.
Civitas viris, viribusque munitissima,
Sueco amica, & Gallo vicina;
Sed fato Divodori admonita.
Neutra esse vult; non Gallica, non Suecica
Verum Libera, & utrinque lucratura.
Incivilius Ulma
Exteris nec affectum nec pecuniam spondet,
Utriusque ipsa indiga.
Si quid alter utrius habet, suis habet;
Intra vallum, muros, portas clausas,
Suam claudit amicitiam.
Nec nisi in extremis, & exterioribus afflictis,
Quendam in vita sui ulum, animi morum,
Tibi circumfunder advena,
Gnara Eum,
Qui exercitum in campo sub pellibus habet,
Non obsidere, sed jam possidere locum,
Loci Dominum, speciem magis, quam locum tenere;
Qui, si militi denegat ovem,
Huic cogitur dare bovem,
Donawerda,
Quod ab Gustavo Adolpho recuperatum,
Retentare non potuit,
A Carolo Gustavo,
Recuperaturam, retentaturamque sperat,
Occasione ad melius versa,
Augusta Vindelicorum
Ad Te vindicem velut alterum,
Respicit augustum,
Conservatorem, ac propagatorem
Liberi exercitii,

Quod

Quod in divino cultu, Senatu, Curia,
Recuperavit.

Ratis bona raram bonamque esse jubet.
Pro se, pro Republica, pro religione,
Hanc belli Polonici fortunam:

Nec minus tuis latatur victoriis,
Quam ditatur imperii Comitibus.
Noriberga, Francofurtum,
Celeberrimæ mercatibus vrbes,
Quandò Tu plus procul ipsarum finibus,
Tantò amiciores in Te habent animos,
Non

Ut ex longinquo allata, major credatur affectio,
Sed ne præsens nimium ad verferis commerciiis.
Militare nomen mercatoribus formidolosum.

Nunquam, aut raro,
In horum viâ, ac foro, ut in signorum viâ ac polo,
utilis est ♂ ♂ & ♀.
Custos Noriberga

Insignia imperialia, & Polonicas exuvias,
Non audet vna concludere arca?
Nec belli jam pavidum Francofurtum,
Palatium, Sacrum Conclave Romanum,
Suecico profanare paludamento;
Ambæ nisi coactæ.

Sueinfurtum, fertile Franconia solum,
Suecici,
In primis Wrangliani & optime de me meritis,

Nominis,
Nunquam sine laude nominandi,
Semper memor.

Ejusdem Contrâ,
Herbi polis non nisi cum horrore ac devotionibus,
Hæc

Stolâ & ense tuas arctius arcas custodit & arces,
Ne iterum à Suecis excutiantur armatis.

Bambergæ
Serico Divæ Cunigundis circumdata filo.
Quon-

Quondam perfida Sueco,

Curatius caver,

Ne recidat ultoris in ferrea fila Sueci.

Quinque Imperiales Sueviae,

Eslinga, Reutlinga, Halla, Heilbronna,

Et ad Lacum Acronium Lindavia,

Civitates civiles, non viles,

Nemini nocentes innocentes,

Hæ Imperatorem,

Venerabile Imperii caput venerantur,

Pacem imperii

Prece ac pretio exorata prece sustinent,

Tecum vero

Germano agunt animo ac modo.

Utrumque de promunt

In quotidianis sermonibus, maxime in conviviiis;

Quo tempore magis patent animi,

Confabulantes

De summis rerum Capitibus,

Praeliis Suecicis, Suevicis tributis,

Nunquam non molestant.

Tandem

Contractæ inde agritudini

Medentur

Potu in Tui, absentis honorem circumferendo.

Qui ut sit

Sincerior, lætior, solennior, sanctior,

Vinum

Eslinga generosum, Heilbronna salubre,

Reutlinga acetum & olus, Sal Halla,

Lindavia oleum & bellaria,

conferunt.

Sic intentæ

Tria liberilabant pocula Bacchi;

Primum Bono suarum urbium Genio,

Secundum Magnis Imperii Principibus,

Tertium Tibi JOVI LIBERATORI.

Reliquæ civitates fere harum sunt Simia,

In odio, amore, more, ore, re.

Non levis quoq; est dissensio Helvetiae

De Tuo Bello.

Quia gravis est de suo.

Serva esse vult, & libera?

Sed ad hoc Consilium,

Requirat auxilium.

Illinc Hispanorum, hinc Gallorum, inde Succorum.

Verum enim verò,

Futura est, dum his vult servari,

Serva Servatoribus,

Titulo defensionis ut suam detinentibus.

Helvetia

Semelius pactâ servat amicitia,

Honesta tamen, non turpi.

18.
Italia:

Victrix Tua FAMA,

Helvetiam & Alpes transgressa,

Pervasit, & territavit,

Italiam:

Cujus sensus difficulter penetres,

Quia ipsa eos saepe dissimulat,

Etiâ dum sunt publici.

Gloriatur Roma foris.

De recepta Reginâ Christina,

Nunc Romano-Christiana.

At intus altius animo mareret,

Amisâ contra Polonia,

Mox Lutherano-Suevicâ futurâ.

Quenam, inquit

Hæc est male-Suada mei Pontificis Pietas?

Cælo ut infereret, regno illam exiit suo,

Sed unâ istam & rege, & lege, & Cælo.

Torperdidit animas, ut unam servaret,

Cum expediat,

+ Unam perire, & tot servari.

Hoc summi Sacerdotis iudicium,

In neglecti illius pœnam,

Subeat

Vel

M

Vel Regina Christina, bona si est Christiana,
 Vel Summus ipse meus Sacerdos,
 Si DE I est legatus.
 Ne dicat, non putassem.
 Hoc verò insipientis est,
 Futurorum improvidi,
 Præsentium momentis minus intenti,
 Præteritorum inmemoris.

Anglia olim

Maximam Gallia, Germania, Helvetia partem,
 Eodem intempestivo perditarum studio.
 Dum mei Pontificis religio vult esse sola ubique,
 Tandem erit nullibi.
Dum solus credit habendos
Esse Deos, quos ipse colit;
 Tandem colentur nulli.
 Hic infelicitum consiliorum exitus,
 Hic infaustus de fide propaganda modus est:
 Cujus,
 Citra fidei exitium,
 Nec retractandi, nec continuandi,
 Sera me nunc subitæ præcepti poenitentia.
 Sed age

Error in belli consilium vertendus,
 Mittenda est in Poloniam
 Fortissimo cum exercitu contra Suecos
 Regina Christina Maria,
 Summa belli Dux
 Septentrionalis Amazonum progenies,
 Ingens animi Puella Aurelianensis,
 Rem mihi Polonicam & Suevicam reciperebit,
 Recipienda à Polonis,
 Ut liberatrix Juno, ut Romano edita Jove Pallas;
 Ut fidei ac fortunæ socia;
 Nemine Suecorum contra heredem pugnaturò,
 Nullo non eam, ut sui sanguinis fovente.

At

Infidum semper genus
 Femina, pacem luxu, bellum formidine moratur
 Dubia quoque belli alea;

Faci-

Facilius, quàm conficitur, sumitur;

Amplius;

Quid si Alexandra malè rem, malè bella gerat;

Nonné illa gentium vagina,

Illud Fatale Italiae malum,

Septentrio,

Per Pannoniam, Agrum Tyrolensem, Helvetiam;

Quodam quasi estulus imperu,

Proximis quibusque correptis,

Italiam inundet, me pessundet.

Nullo, aut parvo Principum meorum auxilio.

Qui

Pervicaci inter se invidia divisi,

Pontificiae avaritiae, aulicae ambitionis,

Hispanicae dominationis,

Pertasi,

In primo fortè metu concordēs,

Mox,

Ubi discrimen propius ingruit, discordēs.

Et sibi quisque tendentes.

Dilapsuri ad factiones, ad partes, ad studia,

Quibus

Conditionem quoque suam meliorem facere possit.

Cui igni oleum affundet.

Gallicus Dux Mutina à Gothis olim everta;

Privatae res semper offecere, officintq; publicis consiliis.

Apage hoc belli consilium,

Pedo.

Summi mei Sacerdotis, tiam, non galeam, gestantis,

Contrarium.

Illud obtusum, supernè incurvatum, non acutum est,

Non sauciet, sed conducet.

Habet ille amplum D. Petri Patrimonium,

Illud impendat.

Habet imagines, & statuas auro argentoque solidas,

His Diis in pecuniam militarem conflatis,

Torum exercitum Suevicum diffabit.

Haber

Habet secularem gladii potestatem
 Hanc Imperatori tradat,
 Ecclesie Protectori Polonia contra Suecos defensori
 Ne verò otus otius sit spectator,

Oret ille,

Preces & lacrymæ sunt arma Ecclesie.

Principes, Reges, Charissimos suos filios

Primogenitum Christianissimum

Et alterum Archicatholicum.

Primos paces bellique motores,

Hortatù, Spe, promissis, sed bona fide,

Ad concordiam, propulsandum commune incendium.

Accendat:

Ut

Forè cæso Cæsare,

Irrumpenti in Italiam Sueco

Injiciant moras:

Italiae janitor Dux Sabaudia sua claustra,

Mediolanum sua propugnacula,

Veneri sua, in qua à Gothis coniecti, æstuaria.

Magnus Hetrariae Dux magnam suam potentiam

Florentia Apennini brachia, & suum castellum.

Neapolis portum cum sua mole

Genua genuinam fortitudinem,

Reliqui minores Duces, Principes Respubl. junctas vires.

Ipse Pontifex Pontificio suo habitu

Ut Leo olim Attila,

Terrorem.

At vero,

Vitium in primâ concocione commissum,

Non corrigitur in secundâ:

Dicat itaque summus Sacerdos

Solenne confitentium verbum,

Magna peccavi.

Regina Christina, Maria Alexandra,

Olim Lutherana, gravis; nunc Catholica, insaufa Catholicis.

Respondeat,

A M E N.

ô pater, ô mater, simul insanivimus omnes.

XXVI. Qui Romæ præfides,

Summus,

Qui Romæ præfides,

Pater Patrum Ighatianorum,

Postquam

Ex suis suo obnoxiiis impetio,

Per

Universas Europæorum Principum aulas & vrbes,

Dispositis arcanorum venatoribus,

Subdolis subtilium artium architectis,

Variorum mbrusanimorum,

Præcipue

Dubias Romæ querimonias,

Inaudierat, cognoverat, expenderat,

Conuersus ad Alexandram,

Neu, inquit,

Deponite animos, anima o sanctissimæ.

Jam huic malo remedium repertum est,

Optimum ex extra ordinaria politica consilium,

Ad

Majorem orbis Christiani utilitatem;

Absque alterius consideratione rationis,

Scilicet

Subtilissimis nostrarium ministeriis,

Aut

Pax Hispanum inter & Gallum molienda,

Cessione etiam unius alteriusque regionis,

(Alio semper tempore recipienda.)

Cum Gallo transigenda:

Quâ pactâ,

Actum erit de sectariis, Sectariorumque Rege Sueco;

Contra,

Religio in Polonia, Gallia, Germania, Angliâ

Armis Hispanicis,

Tutabitur.

Aut

Hac negatâ,

Gallus sectariorum bellicus locus,

Ipseque Sectarius Suecos,

More nostro solito tollendis;

Qui

In eorum, aliorumque perniciem,

Nostram ubi non agnoscunt salutem,

Nati, subornati, consecrati sumus.

Hæc fuit extrema

Semper servata & servanda religionis

Nostri medicina.

Pre, seca, rescinde malignam,

Ne pars sincera trahatur.

Interea simul

Regina Christina. Maria. Alexandra,

Galla illâ infasta repudiata,

Cum Joan. Casimiro Sueciae ac Poloniae Rege,

Et duo simul regna inter se & cum fide Catholicâ,

Modis, quos novimus, certis,

Jungenda.

XXVIIII

Quem nunc Sueciae, imò quem Poloniae Regi,

Affectum,

Quam rei inter utrumque componenda

Rationem

Præstiturus est Rex Galliarum;

Cujus quondam

Quandam spem ostendit, nondum explevit,

Ladislao Regi,

Magno tum Germaniæ, nullo Poloniae bono,

(Cum amoribus Galla sociato,

Tum potius

Sociando, cum Dani contra Suecos bello;

Rei inde Suae melius consulenda,

Sed Galliae Rex bis,

Quod satis est,

Infustus Poloniae,

Rege & Reginâ regno datis;

Nunc fortè motus

Pontificis religione,

Imperatoris intercessione.

Hispanorum alumnorum moliminibus,

Armacani monitis,

Pacem cum Hispano Bellum contra Suecos cum Polono,

Voler,

Aut velle simulabit;

Tracto in longum ejus rei negotio,

Præsentia vbiq̃ speculaturus.

Hic

Ipsè Rex interfatus,

Egone, inquit, pacem cum Hispano velim?

Imò vices planè versas volo,

Et hæc ipsa belli tempora,

Minuenda Hispani potentia

Primâ ac præcipua;

Potior mihi est mei status ratio,

Rationibus Omnibus

Pontificis, Imperatoris, Hispani, Poloni,

Et totâ Armacani armaturâ levi.

Utilliores mihi sunt Sueci & Angli partes,

Tum ad omnium Securitatem.

Cum adversus eorum conatus,

Qui obtentu religionis,

Orbis dominium, aliorum servitium,

Concupiscunt

Quam

Optima pax Hispanica, Punica,

Quâ cum, illas nunc non muto.

Ferè enim semper superat

Armis Gallus Hispanum,

Pactis Hispanus Gallum,

Cui cum sincerè sincerè dicit,

Subdolem imponit.

Nonnè meus honor inter initia jam læsus

A Papa Hispanico?

Sane

Quæ belli, quam quæ Pacis jure,

Ab Hispano accipio,

Tutiora sunt.

Ipsè porrò

Federum Religionem meis utilitatibus,

Non prærensâ religione æstimo,

Nec ex Poloni calamitate alibi transféro.

Ipsam tamen Religionem

Quâ Hispanus nihil minus curat,

Ubi aliud quidpiam majus curat,

Ego ipsi inter sociorum arma foveo.

Hos denique ita moderor,

Ut ne vincant, & ut ne vincantur;

Ut domandos doment, at domicis ne nimis crescant.

Ecquis enim si victus victos gaudere potentes

Si sit, qui tales vicerat, ipse potens?

Nec mihi

Meis federibus Germanorum imperium

Quæro.

Hoc Regno si meo

Utile, tutum, optimum, honorum foret,

Ad illud latum mihi pontem ac portam

Brisacum, Philipburgum dabunt,

Alsatiæ in Germania Landgraviatus

Magnam quasi partem demer

De mea peregrinitatis notâ.

Verum

Ex ipse meâ Majestate satis gloriosus,

Gloriosior,

Hoc ipso alii, quàm mihi, procuratò.

Omnes jam diu Electores

Unâ ex domo unum semper habuerunt,

Omnes jam diu domus unam domum,

Omnes venti unum Austrum,

Omnes aves unam Aquilam

Menerunt.

Ipsa queritur Aquila frustra se esse bici, item

Uni si semper serviat Domino.

Vera armorum federumque meorum reputatio,

Est illud,

Quod in manu mea habeo,

Arbi-

Arbitrium

Regum, Belli, Pacis, sui cuiusque status,
Potentia in æquilibrio tenenda;
Nimia DEUM intra Terminum coercenda;

Vigili Mazafini mei cura.

Vix dictus adfuit ille cum tabula,

Cui inscriptum Regis symbolum.

HIC ORTUS OCCASIBUS ÆQUAT.

XXII X.

Solito incessu

Prodit ab occasu per Austrum, ad ortum,

Versus Aquilonem usque.

Toti terrarum orbi terribile nomen.

Hispani;

Archicatholici, Italici, Belgici, Americi, Africi;

Totas universi mundi nationes

Vel pro se, vel contra se,

Provocantis,

Erga Te.

Sui suo ex titulo animi motum

Prædentis.

Religionem contaminatam ad omnium,

Maximè ad Archicatholici injuriam

Pertinere,

Ingenti contendenti stomacho.

A Te

Religionem, belli iustitiam,

Profanis laesa armis,

A se utriusque vindice,

Sacro restituenda bello.

A Te Confanguineo

Confanguineum Regem Casimirum;

Succicum cui debebatur regnum,

Regno etiam Polonico;

Nulla voce fœcialis praviâ,

Exactum,

A se

Totâ Hispaniâ nobilitate, Austria fidelitate;

Pacati Belgii commoditate,

Eun-

Eundem regnis reducendum fuis.

A Te

Properrimo inter verfa auſu

Gravia Hispaniæ conſilia,

De habenda

Cum Poloniæ Proceribus amicitia,

Eligendo aliquando

Horum ſuffragiis è domo Hispanicâ Rege;

Conſtando

Gedanenſium, Danorum, Borufforum federe;

Contra mari-potentes Anglos.

Conſervando

Maximo illo Poloniæ momento

Ad domandos in Germania ſectarios,

Et in viciniâ Turcos;

A ſe reſumenda

Totis Indiæ opibus,

Italiæ viribus,

Catholicorum manibus.

Hoc nunc eſſe ſuum opus regium,

Regi afflicto ſubſtitium affligenti vim

Inferre.

Oppoſitam

Perrumpere, diſſicere, calcare,

Nullò frangi, ac ne moveri, periculo:

Propellere

Pertinacem in ſpes ſuſceptas animum;

Aſſerere

Regi regnum, regno religionem, ſibi ſpem Electionis.

Suſtentare

Ope, opibus, milite,

Auſtriacum, Bavarum, Neoburgicum,

Federatos, trepidantes.

Hæc Regis mens Hispanica.

Alia fuit, & cautior ſummo ſtatu Conſilio.

Hoc

Præſentia ex tempore æſtimare,

Nuditatem Iſpanicam cælare,

Cogi-

47

Cogitare tamen,
Vires prætereà longè diffitas,
Nunc ferè ubique incitas,
Potentissimos terrâ marique hostes,
Gallum & Anglum;

Brabantiam Flandriam periclitantes,
Helvetiam non benè pacatam, Mediolano vicinam,
Italiam Gallico Mutinæ duce inquietam,

Cataloniam antè intutam,

Retrò Lusitaniam infidam,

Nulla ex Hispania federatis,

Nulla ex Germania Hispanis auxilia

Imperatoris copias vix utiliter distrahi,

Distractas invitè mereritas

Sub Hispano,

Episcoporum, Archiepiscoporum, Prælatorum,

Æquo olim longiores togas,

Præterito bello nimis relectas,

Suecum contrâ

Pacato à tergo regno, victoriâ Polonicâ,

Federe Gallico, Anglico, Brandenburgico,

Amicitia plurium ordinum imperialium,

Fortissimo denique exercitu,

Potentissimum,

Hæc ejusmodi esse

Resque Hispanicæ eò redactas,

Ut necesse ipsa habeant,

Aut ad externa auxilia concurrere,

Peregrinosque sibi reges circumspicere;

Aut pacem vel inducias inire

Cum Gallo, Anglo, vel alterutro,

Quibuscumque etiam in præsentis conditionibus

Absque hoc

Ne de bello auxiliari cogitandum quidem.

Adnitendum saltim,

Ne,

Quod dii tutelares averrunt contra,

Hispania mundi Domina;

EA tot unâ mole hostibus,

Principalibus Gallis, Angliæ, Sueciæ

Accessoriis fortè

Lusitanis, Danis, ventosis Batavis,

Terrâ marique debellanda

Cagatur servire

Proximæ Galloꝝ potentia,

Iterum yê futura sit statio.

Gothis & Vandalis

Nomen & Hispanicum

Quæ ante victoriam ad Novariam fuit

Ad suum Principium rediturum

In solito incessu,

XXXIX

Lusitania unicum votum est

Quo

Publica ipsius, Africa, India, ac privata omnium

Quies, salus, pax, opes,

Continentum

Semper inquieti alibi Hispanus,

Quem

Inquietantibus, & inquietatus

Gallo, Sueco, Anglo, aliis,

Ipsa

Commeatum, portus, classem, opes,

Suppeditura potius est

Quam

Oblatas ab Hispano conditiones

Acceptatura

XXX

Ex longinquo quidem repêendus,

Tamen

Ad belli Suecici successum

Valentissimus est Angliæ affectus;

Quæ

Quantum nunc mutata, nec sponte quasi sua;

Semina enim dissensionum,

Diu meditato Hispani Consilio,

Primò clam & leviter jacta

XXXI

Ex Hibernia,

Paulatim deinde quasi propriis ex causis

Aucta

Partes inter in dies exasperatas,

Se & Scotiam,

Regem ac Primores

Sacrum ordinem ac plebem,

Ipsa Tandem

Ad bellum, Regicidium, liberam Rempubicam,

Contulit;

Eodem pro liberâ agnita, quo primo concitata fuit, autore.

Tantum,

Quia in tali statu ad discordias proniote,

Nec ipsa suis rectè prodesse,

Nec Hispani rebus nimium obesse.

Visa est,

Verùm

Ocultus captor captus est

Forti Cromweli Spiritu,

Qui

Cuncta discordiis fessa, nomine protectoris,

Sub regimen accepit.

Ut Nomine isto consiliis bene torruosus,

Actibus ac proposito forte rectus.

Hactenus tantum non gravis,

Angliæ Bataviæ, Galliæ, Hispaniæ.

Vir sanè magnus, si non bonus,

Bono publico, Suecico in primis bello,

Tempestivum intulit bonum,

Scilicet

Idem contra Hispanum cum Gallo fedus

Quo in solo

Solus Reipubl. Christianæ cardo,

Liber belli Suecici cursus,

Contra quoscumque,

Hispanico hæctenus auxilio munitos,

Nunc eodem nudatos,

Hodie

Hodie Vertitur,
Ad quod paulatim
Batavi, Dani, Gedanenses, nolentes, volentes;

Tandem concedent; aut jam concesserunt.
Quanta quæso belli tempestas obruet Hispanum;

Hinc in Flandria, Catalonia, Italia,

Gallica;

Illinc universo in Oceano,

Anglica;

Imminens

Hispanicis novi orbis thesauris,

Auferendis, Perdendis:

Et hac belli societate,

Succus vigebit,

Gallus florebit,

Anglus gaudebit,

Austriacus flebit,

Hispanus peribit,

Nisi pacem,

Vel Hispanicæ inquisitionis iacturâ,

Quam primùm sit redempturus.

XXXI.

Serenissimus Transsylvania Princeps,

Non ignarus

Vastatæ superiori per Hispanos bello suæ Daciæ;

Austriaci quondam inbiantis eidem.

Noxii præterea mali

A Transalpinis Moldavia & Valachia regulis,

Turcico Imperio tributariis,

Non otiosus

Vicina hæc spectat incendia,

Nectantum,

Sylvis & montibus in corona speciem cinctus,

Verùm etiam

Animis Saxonici, Ciculis ferocissimis.

Ex more gentis,

Per hastam & sanguinolentum ensem,

Ad arma conelamatis,

Nunc armatus

24.
Transyl-
vani.

Adstat

Adstat & perstat
Individuus Suecici belli comes,
Adversus quoscunque contra nitentes.
Nulla quidem aliena diripiendi cupiditate,
Aut coronam Polonicam ambiendi.

Sed

Tutandi, quæ habet,
Reciperandi, quæ debet habere,
Exsequendi, quæ **FATA VOLUNT.**

XXXII.

Hic ferè est de Te Europa sensus;

Et

Dum Tu exeres bello Polonicam,

Exeres simul iudicia.

Potentissimorum finitima Asia Principum;

Turci, Mosci, Tatarii:

Quibus, quantum capere possunt, displicent

Armorum tuorum successus.

Turca

Destinatum Christianorum flagellum,

Communis eorundem hostis, dissidentium victor,

Ocupata quondam Polonia feudataria Valachia,

Semper gravis & molestus Polonia vicinus;

Nunc

Te vicina in Polonia victore, mox Rege,

Sentit

Tantum adversum se valituram Poloniam,

Quantum Tu Rex reliquis Polonia Regibus,

Ingenio, animo soluta auhoritate

Potentia, felicitate

Tui exercitus utriusque generis

Solisequestribus Polonicis,

Agilitate, constantia, fortitudine,

Valent.

Hic

Cum non audet contra diu ac semper pugnantes pugnare,

Amicum simulat infidus;

Promittit auxilia, sed Christianis perniciosa.

Hujus

G 3

Hujus

Conditione uti nemo tuto potest,

Cujus

Amicitia potentior, quam fidelior.

Suas sibi h. beat res Turca, & quiescat.

Majora Tibi mox fata

Dab Vnt Constantino LIM.

XXXIII.

26.
Mosci.

Magnus Rufforum & Moscorum Dux,
Propior Poloniae, Livoniae, Finlandiae vicinus,
Plerunque praebuit

Habitu animi, ex contrario animo Poloniae Regis;
Validum Sigismundo I Stephano Batorio invalidiorem;
Variu Sigismundo, II. & Ladislao filio;
Graviorem nuper Casimiro, totique Poloniae populo;

At

Sueciae Regibus plerunque inferiorem,

Eumque

Finlandiae paludibus, classe sinus Finnici,
Munimento Vipitigeni, Revaliae & Narvae arcibus,
In a. ro hostico. Suecico jure extractis,
Injectis veluti capistris.

Hactenus coercitum.

Nunc

Quanquam in partes ab alijs vocatus,
In tuas potius cedit,

Orientem, non occidentem spectat;

Vicinum, non remotum sequitur.

Solo equitatu instructus non audeat laceffere

Victorem

Geminis regni viribus ac copiis

Expeditum;

Cujus beneficio,

Instrumenta ex Germania militaria

Fere in manu habet, aut non habet, potissima.

Moscius

Non vult perire in discordia, qui in vicini concordia florere potest.

Neque enim plane vanum est cujusdam augurium;

Sueco-Polono-Mosca Societas

Sibi subiget potentiam Ottomannicam.

XXXIV.

27.
Tatari.

XXXIV.

Tatari Præcopita, cum Turcis federati,
Tauricæ Cherlonesi incola;

Gens vaga, inopinatò irrucens ad prædas,
More Colaccorum;

Aliquid damni, metus nihil:
Bello tuo inferre potest:

Sola ad justi belli formam planè inepta;

Muneribus, non armis, repellenda,

Ut à Turca Arabes Nomades.

Aut contra hanc illuviem

Munimenta in insulis Boristhenis excitanda;

Quem fluvium transire solent;

Irupruri in Poloniam.

Quod ab ordinibus Polonicis semper iustum, semper omisium.

Nunc à Te eorum Victore

Juberi, efficique potest, debet,

In populi Polonici, Tui exercitus,

Incolumitatem.

XXXV.

Omitto nunc aliorum affectus,

Ut

Sueciæ Regis, Polonia victoris moderationem,

Sueciæ regni felicitatem,

Regum nostro seculo desertorum;

Caroli Angli, Casimiri Poloni,

Questus esteram

Afflictorum dolorem nemo aus explicabit.

Ambo

Retrò in regna versis oculis,

Priffini Culminis, unde delapsi, memores,

Altis corde ductis iuspitis,

Unâ Reges compellant voce istâ

Quicumque regno fidit, nos videat,

Reges exules, invisos, incerti laris,

Miseros, inopes, auxilii desolatos:

Fortuna.

Nunquam documenta majora dedit,

Quàm fragili loco stent potentes:

Quam

28.
Afflictor.
Regum.

Quamque pietas, fides, amicitia,
Regum in Reges, subditorum in Dominos,
Perierint.

Caroli
Angli.

Solâ tum Carolus II. Anglus querimonia,
O fida, inquit, veterum regum pectora!
Oedipus Lat Regis eadem vindicavit,
Seipsum munit:

Paterni caedis conficios,
Alexander ad tumulum Philippi,
Augustus ad aram D. Julii,
Vitellius Galbæ hostis sui interfectores,
Interfici iussit,

Non Galbæ honore, sed tradito Principibus more,
Munimentum ad præsens, in posterum ultionem:
Reges omnes inter se sunt fratres,
Regi tuenda est maxime regum salus.
Huc potius Suecus, huc Gallus vires vertant.
Non hic patris, sed exempli ultionem,
Communem omnium regum causam imploro:

Quam negligere
Regibus indecorum, & periculosum erit,
Amitino imprimis meo.
Prolatâ cum dicto tabulâ, a patre ad Gallum missâ
Sub imagine Victimæ inscripta,
HODIE MIHI, CRAS TIBI.

Casimiri.

Ad hæc Casimirus Polonus,
Pari miseratione concitatus auxilia,
Regum, inquit, misericordia,
Regum afflictas res sustentatura,
Olim in promptu erat

Dum Quisque
In Præpotentium cladibus,
Sux ad ironebatur fortis
Efficacius,
Victorem nimia prosperitate exultantem
Reprimere conabarur

Intentius.
Sic voluit
Expositum servare Cyrum Harpagus,

Estuan-

Æstuatem juvare Darium Zopyrus,
Captum sublevare Regem Gallia Italia,
Isabellam revocare Dacia reginam Turca,
Præsentem conservare Lusitania Regem Gallus,
Germania redintegrare Principes Gallus & Suecus.

Ipse solus

Extra curam regum, & imperii sum.

Quia peregrinus sum.

Nec peregrinitatis rationem fortior vincat ratio

Misericordia, vicinitatis, & inde periculi

Regno & tutela indignus sum.

Novum hoc est amittendi dominii inter Reges jus.

Solus bonitatis, aut malitia obtentus,

Non confert, nec aufert,

Regnum, & auxilia.

Regni ordinibus minus gratus, & gravis sum.

Sententia in Reges dicta communissima, & perniciosissima.

Nemo nisi Deus iudex Principis esse solet,

Voluntatis erat, me eligere,

Necessitas est, electum ferre.

Terminanda litis ratio,

Pactaque à me spreta sunt.

Imò gentilitium nomen,

Suecia insignia, Polonia securitas,

A me custodita, ad natum non abjecta sunt.

Religionis causa est Pontificis, non Imperii.

At ejusdem violationem

Ad omnium pertinere injuriam

Dixere Imperatores:

Suecus nondum laesivum Imperium.

At serò, & damnosius in tuo, quam in alieno,

Reprimer laesitutum.

Periculosum est vicina Germania

Vellicare Leonem ab Aquilone;

At Leo ille sponte quaerit,

Quos conterit finitimos,

Nullò belli jure habito.

Habuitne ille causas, aut offensas,

Huic bello parè

Aut praesens & imminens periculum?

Aut injustam antea aggressionem?

Sed quid queror?

Quaero ve, jus aut causas.

Non jure, sed magis ferro agitur res.

Quid hinc inde circumspicio auxilia?

Qui possunt, nolunt, qui non possunt, volunt.

Nulli nunc regum ea est felicitas,

Ut, quantum velit, possit,

Nulli ea magnitudo,

Ut, quantum posset, velit.

Me miserum! à meis & externis desertum!

Vix hac elocuto

Famosis simul Radzionosky obtulit tabulam

Alteri cujus parti inscripsum erat.

DEUS CONFERT ET AUFERET REGNA.

Alteri insculpta imago

ALBAE AQUILAE AD AQUILONEM AVOLANTIS.

XXXVI.

Advolante hac Aquilæ,

Triumphavit gaudio Suecia,

Albae quas; Aquilæ filia,

Visere illam, non videre voluit populus

Utro ipsi occurrere,

Quam advolantem expectare non potuit;

Non jucundior ei fuit nuncius victæ Polonia,

Quam læti istius augurii,

In quo tot vincenda provincia vertuntur.

Incipit Suecia novos sperare triumphos,

Jovis alite, Polonia insigni,

Sua nunc inter insignia,

Insignitior hodie & longè felicior,

Qualis.

A'nato Gustavo Adolpho non fuit,

Gemino

Quod una fere vice accepit,

Fortuna munere

Nato in Suecia roge infante

Facto in Polonia rege victore;

Deo id agente.

Ut, illas à lege regis Stockholmienſis,

Rex diutius,

Quam ad feſtum Bartholomæi diem,

Regno alibi abeſſe,

Regnum aliud alibi accipere poſſit,

Accepto domi infante regni ſucceſſore.

Quo ſimul

Majus quippiam nunc auguratur;

Quodque diu Astrologis non credidit,

Experimento fere cognoscit.

Regna & Imperia,

(Ita quidem præcipuo horum rectore dirigente.)

Ex quo ſub æquatore cœpere,

Semper ab ortu in occaſum, à meridie in Septentrionem,

Ceſſiſſe,

Pro motu & deſcenſu Solis, fixarum translatione,

De cardine in cardinem,

De ſitu unius ſignis, in ſitum alterius,

Pro mutatione Planetarum, de ſigno in ſignum,

Et obliquitatum in excuſſu ſolis & planetarum;

Ibi demum, veluti in ultimo termino,

Circuitu abſoluto,

Subſtitura, donec ſint deſitura omnia.

Quò enim ſol & reliqua aſtra vergunt.

Eò ſimul, ut in terræ, ita animorum cultura,

Pullulat, creſcit, maturat Virtus;

Ubi verò virtus, ibi fortuna;

Ubi fortuna, ibi imperium.

XXXVII.

Tandem,

Quis Regis animum nulli patentem pandat?

Parem rerum omnium moderatori,

Cujus vias nemo intelligit.

Quis belli conſilia, nec à quo, nec ad quod cognita?

Hæc exploratum veniunt, aliud quaſi agentes, legati;

H 2

Nec

Regis
Succia.

Tu

Deo

Nec introspicere queunt.

Ignorata partibus minantur omnibus.

Valentque ad hostem aliorum distrahendum.

Contrà nemo non novit

Victoris animum victoriis non elatum,

Fortunæ in ipsâ secundâ adversæ memorem,

Illius in primis Consilii,

A Theodorico Ostrogothorum Rege

Clodoveo socero suo Germaniæ victori

Olim dati;

Illa bella bene, feliciterque eveniunt,

Quæ cum animi modestiâ conficiuntur.

Sapè victor evadit, qui moderatione uti novit;

Plus illi blanditur fortuna,

Qui minus superbiâ se effert.

Nisi fortè

Alium victoris animum

Ferocia victorum ingenia

Poscant.

Polonus Rex

Fertur ad has redactus incitas.

Quia

Contra ac Turca suos, ac Hispanus Neapolitanos,

Polonos rexit suos

More regni politico, non despotico.

Ipsam quoque regnum externum

Diffidiis plerunque internis obvium,

Nisi rigidâ habitum regulâ,

Non diu Victori obnoxium.

Verum Deus,

Qui Regi regnum, ut paterfam. filiofam. dat peculium;

Hoc non dedisset fortitudinis exercitium,

Et exercite industriæ præmium,

Nisi diuturnum esse veller,

Et diuturnum esse nollet,

Nisi Sueciæ & Europæ gloriosum esse

Decrevisset.

Tu quoque

Non frustra vicinos in orbem aggressus es,
 Sic olim Romani, sic nunc Turci bellant;
 Hæc enim belli figura ad conservationem apta est.
 Nova non moliris, nisi prioribus firmatis,
 Non nuda terga, nec ea occasione patefacis;
 Custodis suspecta, dividis copias
 Inter custodiam pacis & belli,
 Caput belli petis,
 Persequeris, consequeris, exsequeris
 Quo debellatq; cætera membra labant.

Omnes magni ac prudentis Ducis partes imple.
 Hinc Deus industrio adest.

XX XVIII

Hic pariter laudanda

Amica & heroica Ducum Tuorum acclamatio;
 Vivat, valeat Rex,
 Cætera ensibus nostris permittat,
 Deorum filii Reges invulnerabiles
 Non vincendi à morte, ut victorias de hostibus absolvant.
 Ita Te, Rex, Deus amet Te, vel maturo ad cætum,
 Adhuc carere velit, ut Te Sueciæ commodet;
 Et ita Tu ames Sueciam, qui cum immortalis esse possis,
 Mortalis esse malis, ut Sueciam reddas immortalem.

Vivat Rex,

Et

De nostris longos ipsi Deus augeat annos!

XXXIX

Idem votum omnium bonorum,
 Meum quoque est;

Qui Majestati Tuæ

Aliena oppugnanti regna hostica

Non juris, nec belli, nec regnandi regulas,

Sed,

Quibus nihil abstrusius, incertius, mobilius,

Hic

Ani-

Animorum de belli Tui motu motus;

Immotò obsequii mei animo

Offero:

Quos Majestas Tua

Inter armorum strepitus nec audit, nec curat,

Extra illos,

Et ubi cum ingruentibus præliis paria fecerit,

Instar refectionis existimabit eorum inspectionem;

Non ut cognoscat, sed ut ignoscat,

Non ut timeat, sed ut rideat.

Utque mihi,

Suo rogato militi,

Cujus

Umbraticum hoc otii negotium

Culpatur ab his, laudatur ab illis,

Regiè favere, beneque velle velit.

F I N I S.

E R R A T A.

Pagina 5. lin. 3. lege laciniâ pro lancinia. pag. ead. lin. 13. ille pro illa.
pag. 12. lin. 25. potentiâ pro patentia. pag. 42. lin. 4. otiosus pro osus otius.
pag. ead. lin. 10. pacis pro paces. pag. 43. lin. ult. Suecus pro Suecos. pag. 47.
lege Africi, Indici. pag. 50. lin. 1. pro Suecia Suecia. pag. ead. lin. 5. pro cogatur
cogatur.

Reliqua Benevolus Lector emendabit.